INCIPIUNT[1] DECRETA URBANI PAPAE DE COMMUNI VITA ET OBLATIONIBUS[2] FIDELIUM.

[H. 1] Urbanus[3] episcopus omnibus christianis in sanctificationem[4] spiritus, in oboedientiam[5] et aspersionem[6] sanguinis Christi salutem.

Decet omnes christianos, carissimi, ut eum imitentur, cuius nomen sortiti sunt. Quid prodest, fratres mei, ait apostolus Iacobus, si fidem quis dicat[7] habere, opera autem non habeat? Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam magis[8] iudicium[9] sumitis. In multis enim offendimus omnes. Qui sapiens et disciplinatus[10] est inter vos, ostendat[11] ex bona conversatione operam suam in mansuetudine sapientiae.

Scimus[12] vos non ignorare, quia hactenus[13] vita communis inter bonos christianos viguit[14] et adhuc gratia dei viget et maxime inter eos, qui in sorte[15] domini[16] sunt electi, id est clericos, sicut in actibus legitur apostolorum: Multitudinis autem credentium[17] erat cor et anima una, nec[18] quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute[19] magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini[20], et gratia magna[21] erat in omnibus illis[22]. Neque enim[23] quisquam egens[24]

**Quellen:**

3f.: *Urbanus - salutem* sec. I Petr. 1.2.
5: *Decet - sunt*, Cyprian, de habita virg. c. 7. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. II. c. 4.
5-9: *Quid - sapientiae*, Iac. II. 14. III. 1. 2 13.
12-20: *Multitudinis - apostolorum*, Act. apost. IV. c. 32-37.

**Rezeption:**

5-14: *Decet – communia*: Coll. Ans. ded. VI,5.
5-20: *Decet – reliqua*: Coll. Ans. ded. X,4.
10-54: *Scimus – fiant*: Anselm v. Lucca VII,4 (14-20: *Et – reliqua* fehlt; 32-50: *Si – haec* fehlt).
10-67: *Scimus – feriatur*: Ivo, Decr. III,139 (35: *fraudabant*] *fraudaverunt* [s. Note 56]; 35-62: *de – domini* fehlt).
10-88: *Scimus – opera*: Gratian C. XII, q. 1, c. 9 (14-62: *Et – domini* fehlt)

---

1 INCIPIT *I83; VD38*
2 OBLATIONE *V630*
3 Urbanus episcopus *korr. aus* Urbanus *V630*
4 sanctificatione *I83; VD38*
5 oboedientia *VD38*
6 aspersione *VD38*
7 dicat] dicat se *V630; I83; VD38*
8 maius *V630*
9 *interlinear* condemnationem *VD38*
10 disciplinatus *korr. aus* displinatus *O93*
11 ostendat *korr. aus* extendat *O93*
12 *am Rande* De communi vita christianorum *V630*
13 *am Rande* hucusque *VD38*
14 *interlinear* permisit *VD38*
15 sortem *VD38*
16 dei *I83; VD38*
17 credendentium *V630*
18 ne *O93; I83;* nec *korr. aus* ne *VD38*
19 virtute magna] virtutem magnam *I83*
20 domini *fehlt V630*
21 magna erat] erat magna *VD38*
22 illis *fehlt N442*
23 enim quisquam *korr. aus* enim *V630*
24 *interlinear* pauper *VD38*

erat inter illos[25]. Quotquot[26] enim possessores agrorum aut domorum erant[27], vendentes afferebant pretia eorum, quae vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebantur[28] [29] autem singulis, prout cuique opus erat. Ioseph[30] autem, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est interpretatum[31] filius consolationis, levites Cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit illum et attulit pretium et[32] posuit ante pedes apostolorum, et reliqua. [H. 2] Videntes[33] autem sacerdotes summi et alii atque levitae et reliqui[34] fideles plus utilitatis posse afferre, si hereditates et agros, quos vendebant, ecclesiis, quibus praesidebant episcopi, traderent eo, quod ex sumptibus eorum tam praesentibus quam futuris temporibus plura[35] et elegantiora[36] [37] possent ministrare fidelibus communem vitam ducentibus quam ex pretio ipsorum[38], coeperunt praedia et agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere et ex sumptibus[39] eorum vivere. [H. 4] Ipsas[40] [41] vero res in ditione[42] singularum parrochiarum episcoporum[43], qui locum tenent apostolorum, erant et sunt usque adhuc et futuris semper debent esse temporibus. E[44] quibus episcopi et fideles dispensatores eorum[45] omnibus communem vitam degere[46] volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipsas[47] enim res fidelium oblationes

**Quellen:**

26-33: *Ipsas - peccatorum* sec. conc. Paris, a. 829. lib. I. c. 15. aut Ben. 1.208, add. III. 1.

**Rezeption:**

21-26: *Videntes – vivere*: Coll. Ans. ded. X,5; Burchard III,3 (21: *summi*] *et levitae*); Ivo, Decr. III,5 (21: *summi*] *et levitae*).
26-30: *Ipsas – inveniatur*: Coll. Ans. ded. II,87.
26-30: *res – inveniatur*: Polycarpus III,11,9 (26: *in ditione* fehlt; 28: *semper* fehlt; 29f.: *prout – potuerint* fehlt)
30-34: *res – percipiat*: Bonizo V,68 (33: *atque – traditae* fehlt).
30-36: *Ipsas – actibus*: Burchard III,143; Ivo, Decr. III,208 (Schluss).
30-55: *res – ceciderint*: Deusdedit III,32 (30: *res*] *res ecclesiae*; 33: *atque – traditae* fehlt; 34-54: *et reus – ut* fehlt).
30-56: *Ipsas – labatur*: Coll. Ans. ded. X,7 (36-50: *Vir – haec* fehlt) Sentenzen c. 264 (30: *res*] *res ecclesiae*; 35: *fraudabant*] *fraudati sunt*; (36-50: *Vir – haec* fehlt); Anselm v. Lucca V,33 (30: *res*] *res ecclesiae*; 35: *fraudabant*] *fraudati sunt*; 36-50: *Vir – haec* fehlt).
30-56: re – labatur: Polycarpus VI,14,13 (30: *res*] *res ecclesiae;* ; 35: *fraudabant*] *fraudati sun*; 35-50: *de – haec* fehlt).*t*
30-62: *res – domini*: Regino II,284 (30: *fidelium*] *et facultates ecclesiasticae*; 31f.: *quia – quia*] *et*; 33f.: *ad – damnationem*] *patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus est damnationis*; 34 – 61: *percipiat – tradere*] *et*; 62: *hominem* fehlt).

[25] illos *I83*
[26] Quotquot *korr. aus* Quodquod *V630*
[27] erant *korr. aus* erat *V630*
[28] Dividebant *VD38*
[29] Dividebantur autem *korr. aus* Dividebantur *N442*
[30] Iosapha *VD38*
[31] interpretum *N442*
[32] et posuit *fehlt V630*
[33] *am Rande* Quod res ecclesiasticas non debeant expendi nisi in ecclesiasticos usus *VD38*
[34] relique *VD38*
[35] plurima *V630*
[36] *interlinear* pulchriora *VD38*
[37] eleganter *V630*
[38] eorum *V630*
[39] *am Rande* expensis *VD38*
[40] *am Rande* De possessionibus ecclesiarum *I83*
[41] Ipse *V630; VD38*
[42] ditione *korr. aus* ditioni *VD38*
[43] episcopo eum *VD38*
[44] E *korr. aus* Et *V630*
[45] earum *VD38*
[46] *am Rande* agere ducere *VD38*
[47] Ipsae *V630; I83*

appellantur, quia domino offeruntur. Non ergo debent in aliis[48] usibus quam ecclesiasticis[49] et praedictorum christianorum fratrum vel indigentium converti[50], quia vota sunt fidelium et pretia peccatorum atque ad[51] praedictum opus explendum domino traditae. Si quis autem, quod absit, secus[52] egerit, videat, ne damnationem Ananiae et Saffirae percipiat, et[53] reus sacrilegii efficiatur, sicut illi fecerunt[54], qui pretia[55] praedictarum rerum fraudabant[56], de quibus in[57] praedictis legitur apostolorum actibus: Vir autem quidam nomine Ananias cum Saffira uxore sua vendidit agrum et fraudavit de pretio agri conscia uxore sua et afferens partem quandam[58] ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus Ananiae[59]: Cur temptavit[60] satanas cor tuum mentiri te spiritui[61] sancto et fraudare[62] de pretio agri? Nonne manens[63] tibi manebat[64] et venundatum in tua erat potestate? Quare[65] posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus[66] hominibus, sed deo. Audiens autem Ananias[67] haec verba cecidit et exspiravit[68]. Et factus est timor magnus in omnes, qui audierant. Surgentes autem iuvenes amoverunt eum et efferentes[69] [70] sepelierunt. Factum est autem[71] quasi horarum trium spatium et uxor ipsius nesciens, quod factum fuerat, introivit. Respondit[72] autem ei[73] Petrus: Dic mihi, si tanti[74] agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem[75] ad eam: Quid utique convenit vobis temptare spiritum domini? Ecce pedes eorum, qui

**Quellen:**

36-50: *Vir - haec*, Act. apost. V. 1-11.

[48] aliis usibus] alios usus *VD38*
[49] ecclesiasticos *VD38*
[50] *interlinear* commutari *VD38*
[51] ad *fehlt I83*
[52] *interlinear* aliter *VD38*
[53] ut *I83*
[54] fecerunt] effecti sunt *V630*
[55] pretia *fehlt I83*
[56] fraudaverunt *V630;* fraudebant *I83*
[57] in praedictis legitur] legitur in praedictis *V630*
[58] *interlinear* aliquam *VD38*
[59] annaniae *korr. aus* annniae *N442*
[60] *interlinear* decepit *VD38*
[61] spiritu *O93*
[62] fraudari *V630*
[63] manens *korr. aus* manes *O93*
[64] manebat *korr. aus* manebit *V630*
[65] Quare posuisti in corde tuo hanc rem *fehlt I83; VD38*
[66] mentitus hominibus] hominibus mentitus *V630*
[67] annias *N442*
[68] espiravit *O93*
[69] *am Rande* portantes *VD38*
[70] offerentes *N442;* efferens *VD38*
[71] autem *fehlt I83*
[72] Respondens *V630;* Respondit *korr. aus* Respondet *VD38*
[73] ei Petrus] petrus ei *VD38*
[74] tantum *V630*
[75] autem *fehlt V630*

sepelierunt virum tuum ad ostium, et[76] efferent[77] [78] te. Confestim cecidit ante[79] pedes eius et exspiravit[80]. Intrantes autem iuvenes invenerunt illam mortuam et extulerunt et[81] sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus[82] in universam[83] ecclesiam[84] et in omnes, qui audierant[85] haec.

Haec[86], fratres, valde cavenda sunt et timenda, quia res ecclesiae non quasi propriae, sed ut communes et domino oblatae cum summo timore non[87] in alios quam in praefatos[88] usus[89] sunt fideliter[90] dispensandae, ne[91] sacrilegii reatum incurrant, qui eas[92] inde abstrahunt, ubi traditae sunt, et quod peius est, anathema[93] maranatha fiant[94]. Et si non corpore, ut Ananias et Saffira fecerunt[95], mortui ciciderint[96], anima tamen, quae potior[97] est corpore, mortua et[98] alienata a consortio fidelium cadat et in[99] profundum baratri[100] labatur[101]. [H. 5] Unde[102] attendendum est omnibus et fideliter custodiendum et illius usurpationis[103] contumelia[104] depellenda, ne praedia sibi[105] secretorum[106] caelestium[107] dicata a quibusdam irruentibus

**Quellen:**

56: *et - labatur*, conc. Aquisgr. a. 836. lib. I. c. 1. Cf. Fab. 18.
56-61 *Unde - uretur*, Ben. II. 117. 385. (c.40. C. Th.XVI. 2). Cf. Pii 7.

**Rezeption:**

51-53: *res – dispensandae*: Gratian C. XII, q. 1, c. 26.
56-62: *Unde – domini*: Coll. Ans. ded. X,8; Ps.-Remedius c. 47.
57-62: *attendendum – domini*: Ps.-Remedius c. 48.
57-61: *attendendum – uretur*: Gratian C. XVII, q. 4, c. 13 (57f.: *et fideliter – depellenda* fehlt; 61: *uretur*] *servetur*).

[76] et *fehlt VD38*
[77] *am Rande* portabunt *VD38*
[78] efferent te] efferente *O93; I83;* efferent te *korr. aus* efferente *V630*
[79] ad *V630*
[80] espiravit *O93*
[81] et sepelierunt *fehlt I83; VD38*
[82] magnus *korr. aus* magnis *I83*
[83] universam *fehlt V630*
[84] ecclesia *V630*
[85] audiebant *I83*
[86] *am Rande* De invasione rerum ecclesiarum *N442; VD38;* De invasione ecclesiarum *I83*
[87] non in] nondum *I83*
[88] *am Rande* predictos *VD38*
[89] usu *I83*
[90] fideliter *fehlt VD38*
[91] ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt *fehlt V630*
[92] eos *O93*
[93] *am Rande* alienos a consortio fidelium in adventu domini *VD38*
[94] fiunt *VD38*
[95] fecerunt qui *I83; VD38*
[96] ceciderunt *I83; VD38*
[97] *interlinear* melior *VD38*
[98] et alienata a consortio fidelium cadat et *fehlt V630*
[99] in profundum baratri] in baratro *korr. aus* dum baratri *V630*
[100] *am Rande* foveae inferni *VD38*
[101] *interlinear* cadit *VD38*
[102] *am Rande* De invasione rerum ecclesiarum *O93*
[103] *am Rande* male tractationis *VD38*
[104] *interlinear* obprobria *VD38*
[105] usibus *VD38*
[106] decretorum *V630*
[107] caelestia *V630*

vexentur. Quod si quis fecerit, post debitae ultionis[108] acrimoniam[109] [110], quae erga sacrilegos iure promenda[111] [112] est, perpetua damnetur infamia et carceri tradatur aut exilio perpetuae deportationis uretur[113], quoniam iuxta apostolum tradere oportet huiusmodi[114] hominem satanae, ut spiritus salvus sit in die domini. [H. 6] Memoratis[115] ergo augmentationibus ac[116] cultibus in tantum ecclesias[117], quibus episcopi praesident[118], domino adminiculante[119] creverunt, et[120] tantis maxima pars earum abundant[121] rebus, ut nullus sit in eis communem[122] vitam degens[123] [124] indigens, sed omnia necessaria ab episcopo suisque ministris percipit. Ideo[125] si aliquis exstiterit modernis aut futuris temporibus, qui hoc avellere nitatur[126], iam dicta damnatione feriatur.

[H. 7] Quod[127] autem sedes in[128] episcoporum ecclesiis excelsae constitutae et praeparatae inveniuntur in[129] throno, speculationem[130] et potestatem iudicandi et solvendi atque ligandi a domino sibi datam materiam[131] [132] docent, unde ipse salvator in evangelio ait: Quaecumque

**Quellen:**

61f.: *quoniam - domini*, I Cor. V. 5.
68f.: *Quod - inveniuntur* sec. c. 35. conc. IV. Carth.
70-72: *Quaecumque - caelo*, Matth. XVIII. 18.

**Rezeption:**

51-53: *res – dispensandae*: Gratian C. XII, q. 1, c. 26.
56-62: *Unde – domini*: Coll. Ans. ded. X,8; Ps.-Remedius c. 47.
57-62: *attendendum – domini*: Ps.-Remedius c. 48.
57-61: *attendendum – uretur*: Gratian C. XVII, q. 4, c. 13 (57f.: *et fideliter – depellenda* fehlt; 61: *uretur*] *servetur*).
63-67: *Memoratis – feriatur*: Coll. Ans. ded. II,88; Coll. Ans. ded. X,9.
68-70: Quod – docet: Sentenzen c. 224; Anselm v. Lucca VI,138 (68: *autem* fehlt); Polycarpus III,24,3 (68: *autem* fehlt).
68-76: Quod – recipiatis: Coll. Ans. ded. II,77; Burchard XI, 1; Ivo, Decr. XIV,74 (68: *episcoporum*] *episcoporum non nisi*).

[108] *am Rande* vindictae *VD38*
[109] *interlinear* execrationem *VD38*
[110] acrimoniam *korr. aus* sacrimoniam *N442;* acrimonia *V630;* sacrimoniam *I83; VD38*
[111] *am Rande* exprimenda proferenda *VD38*
[112] promenda *korr. aus* premenda *V630*
[113] uretur] vexentur *N442*; uratur *korr. aus* uretur *V630;* servetur *VD38*
[114] *interlinear* talem *VD38*
[115] *am Rande* Ut nullus sit indigens in ecclesiis communem vitem degens *V630*
[116] ac cultibus] occultibus *I83*
[117] ecclesia *korr. aus* ecclesias *V630*
[118] praesident *korr. aus* praesidens *V630*
[119] *am Rande* adiuvante *VD38*
[120] et] et in *I83; VD38*
[121] habundat *I83*
[122] commune *I83*
[123] *am Rande* ducens peragens *VD38*
[124] agens *I83*
[125] Ideo] adeo ut *V630*
[126] nitatur *korr. aus* nitantur *N442*
[127] *am Rande* Quare sedes episcoporum in ecclesiis excelse constituuntur *N442*
[128] ine *N442*
[129] in throno] ut thronus *V630*
[130] *am Rande* visionem *VD38*
[131] *am Rande* formam *VD38*
[132] materiem *I83*

ligaveritis[133] super terram, erunt ligata et in caelo[134], et[135] quaecumque solveritis[136] super terram, erunt soluta et in caelo. Et alibi: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur[137] eis, et quorum retinueritis, retenta erunt[138]. Ideo[139] ista praetulimus[140], carissimi, ut intellegatis potestatem episcoporum vestrorum in eisque deum[141] veneretis[142] [143] et eos ut animas vestras diligatis et, quibus illi non[144] communicant, non communicetis, et, quos eiecerint[145], non recipiatis. [H. 8] Valde enim timenda est sententia episcopi, licet iniuste aliquem[146] liget, quod tamen summopere praevidere debet.

Vos autem hortantes monemus omnes, qui christianitatem suscepistis et a Christo vocabulum christianum sumpsistis, ne in aliquo christianitatem vestram irritam[147] faciatis, sed sponsionem[148], quam[149] domino in baptismo fecistis, firmiter teneatis, ne reprobi, sed condigni coram eo inveniamini. [H. 9] Et quicumque vestram communem vitam susceptam habet et vovit[150] se nihil proprium habere, videat, ne pollicitationem[151] suam irritam faciat, sed hoc, quod domino est[152] pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed praemium

---

**Quellen:**

72f.: *Accipite - erunt*, Ioann. XX. 22. 23.
76f.: *Valde - debet*, Greg. M. hom. in evang. l. 26. no. 6. (1,1556).
78f.: *et - sumpsistis*, Isid. etymol. VII. 14. no. 1.

**Rezeption:**

74-77: *carissimi – debet*: Sentenzen c. 225 (74: *carissimi*] *carissimi monemus*; 77: *praevidere*] *precavere debemus*); Anselm v. Lucca VI,139 (74: *carissimi*] *carissimi monemus*; 77: *praevidere*] *precavere debemus*); Deusdedit IV,72 (74: *carissimi*] *carissimi monemus*; 77: *praevidere*] *precavendum est*); Polycarpus VI,1,3 (74: *carissimi*] *carissimi monemus*; 77: *praevidere*] *precavere debemus*).
75-77: *quibus – liget*: Anselm v. Lucca (75: *illi*] *episcopi*); Polycarpus VII,1,2 (75: *illi*] *episcopi*; 77: *aliquem* fehlt).
75-77: *quibus – debet*: Gratian C. XI, q. 3, c. 27.
76f.: *Valde – debet*: Coll. Ans. ded. II,75.
81-90: *Et – deum*: Decet – communia: Coll. Ans. ded. VI,6; Polycarpus IV,32,11 (83: *sed praemium* fehlt).

---

[133] ligaveris *V630;* ligaveritis *korr. aus* ligaveris *O93; I83*
[134] caelo, et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo *korr. aus* caelo *O93*
[135] et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo *fehlt I83; VD38*
[136] solveris *V630*
[137] remittentur *I83*
[138] sunt *V630*
[139] *am Rande* Ut nullus recipiat quem episcopus eicit *I83*
[140] protulimus *N442*
[141] dominum *I83*
[142] *am Rande* honoretis *VD38*
[143] veneremini *I83*
[144] *am Rande* societatem non habent *VD38*
[145] eiecerunt *V630; VD38*
[146] te *I83*
[147] *am Rande* vacuam inanem *VD38*
[148] *am Rande* promissionem *VD38*
[149] qua *I83*
[150] novit *V630; I83; VD38*
[151] pollicitatem *V630*
[152] *am Rande* promisit *VD38*

sibi acquirat, quoniam satius[153] [154] est[155] non vovere quam votum, prout[156] melius potest, non perficere. Gravius[157] enim puniuntur, qui votum fecerunt[158] aut fidem perceperunt et votum non perfecerunt[159] aut[160] in[161] malis vitam finierunt quam illi, qui sine voto aut fide mortui sunt et tamen bona egerunt opera. Ad[162] hoc enim sensum rationabilem naturae munere et secundam[163] nativitatis reparationem suscepimus, ut secundum apostolum magis, quae sursum sunt, sapiamus, non quae super terram, quia sapientia huius mundi stultitia est[164] apud deum. [H. 10] Quid autem suadet[165], carissimi[166], sapientia huius saeculi, nisi nocitura quaerere et amare peritura, neglegere[167] salutaria, pro nihilo reputare perpetua? Cupiditatem[168] commendat, de qua dicitur: Radix omnium malorum est cupiditas. Quae in primis[169] hoc malum habet, quod, dum ingerit[170] transitoria[171], abscondit aeterna, et dum foris[172] posita[173] conspicit, intra[174] se latentia[175] [176] non introspicit[177], et dum aliena quaerit, sectatori[178] suo semetipsum reddit[179] alienum. Ecce[180], quid[181] suadet saeculi sapientia,

**Quellen:**

84f.: *quoniam - perficere,* Ecclesiastae V. 4.
85-87: *Gravius - opera*, conc. Par. a. 829. lib. II. c. 10. tit. aut Ben. III. 387.
87-101: *Ad - fenum*, Euseb. Gallic. hom. in pentec.

**Rezeption:**

90-103: Ivo, Decr. I,296; Ivo, Pan. I,113.
90-104: Quid – dilatatur: Coll. Ans. ded. VIII,60.

[153] *am Rande* melius *VD38*
[154] satius est *korr. aus* satius *N442;* sa *VD38*
[155] est *fehlt VD38*
[156] *interlinear* sicut *VD38*
[157] *am Rande* Hic dicit quod gravius puniantur fideles quam increduli *I83*
[158] fecerunt *korr. aus* fecerint *O93*
[159] fecerunt *N442*
[160] aut in *korr. aus* aut *N442*
[161] in *fehlt I83*
[162] Ad hoc] Adhuc *I83*
[163] secundae *V630*
[164] est *fehlt V630*
[165] *am Rande* docet ostendet blandiendo fallit *VD38*
[166] karissimis *I83*
[167] neglegere] nec legere *O93*
[168] cupitatem *O93*
[169] primum *I83*
[170] *am Rande* inmittit *VD38*
[171] transitur *I83*
[172] foris] a foris *V630*
[173] positam *O93*
[174] intra se *korr. aus* intra *N442*
[175] *am Rande* Abscondita *VD38*
[176] laetitia *V630*
[177] *am Rande* videt *VD38*
[178] *am Rande* Deo qui cordis eius secreta videt *VD38*
[179] redit *O93;* reddit *fehlt V630;* reddet *I83*
[180] Ecce, quid suadet saeculi sapientia, vivere in deliciis, unde dicitur: Anima, quae in deliciis est vivens, mortua est. Suadet ergo molissimis suavitatibus, peccatis, vitiis et flammis nutrire carnem, cibi et vini intemperantia animam premere ac vitam spiritus intercludere et contra se hosti suo de se gladium ministrare *fehlt V630*
[181] quid *korr. aus* qui *VD38*

vivere[182] in deliciis[183], unde dicitur: Anima[184], quae in deliciis est, vivens mortua est. Suadet ergo mollissimis[185] suavitatibus, peccatis, vitiis et flammis nutrire carnem, cibi et vini intemperantia animam promere[186] [187] ac vitam spiritus intercludere et contra se hosti[188] suo de se gladium ministrare[189] [190]. Ecce quid suadet saeculi sapientia, ut, qui boni facti[191] sunt, mali esse malint[192] [193] et per errorem mentis fieri etiam studeant peccatores, et non cogitant[194] illam terribilem[195] dei vocem, cum exurentur peccatores sicut fenum. Omnes[196] enim[197] fideles per manus impositionem episcoporum spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni[198] christiani inveniantur, quia[199], cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur. [H. 11] De spiritu sancto accipimus[200], ut spiritales efficiamur, quia animalis[201] [202] homo non percipit ea, quae sunt spiritus dei. De spiritu sancto accipimus[203], ut sapiamus inter bonum[204] malumque discernere, iusta diligere, iniusta respuere, ut maliciae ac superbiae repugnemus, ut luxuriae ac diversis illecebris[205] et foedis[206] indignisque cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto

**Quellen:**

102f.: *Omnes - debent*, conc. Aquisgr. a 836. C. II. c. 5. de vita et doctr. infer. ordinum.
104-110: *De - valeamus*, Euseb. hom. cit. Cf. Melc. 7.

**Rezeption:**

102-104: *Omnes – dilatatur:* Sentenzen c. 214; Anselm v. Lucca IX,20; Polycarpus III,10,5; Gratian D. V de cons c. 1.
102-110: *Omnes – valeamus*: Ps.-Remedius c. 50; Burchard IV,66 (Inskription: *Ex epistola Anteri papae, cap. 15*); Ivo, Decr. I,20 (Inskription: *Ex epistola Anteri papae, cap. 15*; 102: *enim* fehlt).
104-110: *De – valeamus*: Coll. Ans. ded. VIII,22.

---

[182] vivere in deliciis, unde dicitur: Anima, quae in deliciis est, vivens mortua est. Suadet ergo mollissimis suavitatibus, peccatis, vitiis et flammis nutrire carnem, cibi et vini intemperantia animam promere ac vitam spiritus intercludere et contra se hosti suo de se gladium ministrare. Ecce quid suadet saeculi sapientia *fehlt V630*
[183] diliciis *O93*
[184] Vidua *I83*
[185] *am Rande* dulcissimis *VD38*
[186] *am Rande* suffocare *VD38*
[187] premere *O93; I83; VD38*
[188] *am Rande* adversario *VD38*
[189] ministare *VD38*
[190] ministrare. Ecce quid suadet saeculi sapientia, ut, qui boni facti sunt, mali esse malint *korr. aus* ministrare *O93*
[191] facti] facti facti *I83*
[192] *am Rande* magis velint *VD38*
[193] malunt *V630*
[194] cogitent *V630; VD38*
[195] interribilem *V630*
[196] *am Rande* De inpositione manus *I83*
[197] enim *fehlt I83*
[198] *am Rande* perfecti *VD38*
[199] quia, cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur *nach* spiritus dei *I83*
[200] accipimus *korr. aus* accepimus *V630*
[201] *am Rande* carnalis *VD38*
[202] animalis *korr. aus* amalis *V630*
[203] accipimus *korr. aus* accepimus *V630*
[204] bonum] bonum et *I83*
[205] *am Rande* delectationibus *VD38*
[206] *am Rande* turpibus *VD38*

accipimus, ut[207] amore et[208] gloriae[209] ardore succensi, ut[210] erigere a terrenis mentem ad superna et divina valeamus. Data Nonas Sept. id est V die eiusdem mensis, Antonio[211] et Alexandro vv. cc. conss. EXPLICIT[212].

**Quellen:**

110f.: Not. cons. des. e vit. Calist. c. 1. in libr. pontif.

[207] ut] ut e *O93;* ut eius *VD38*
[208] aeternae *I83*
[209] gloriae] gloriae et *I83*
[210] ut *fehlt V630; I83; VD38*
[211] Antonino *I83*
[212] EXPLICIT *fehlt V630; I83*